

ORATIO DE

www.libtool.com.cn

DIGNITATE

SACERDOTALI

IOANNIS BONGIANNI

CANONICI IN...

Giovanni Bongianini



www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

1158.16

www.libtool.com.cn

ORATIO DE DIGNITATE SACERDOTALI

www.libtocol.com.cn
Ioannis Bongianini Canonici in Sacra
Aede Laurentiana.

*Habita priuatim in Cœnobio Fratrum Sœruorum
in Comitijis Prouincialibus.*



Florentiæ, Ex Typographia Francisci Honofri.

Superiorum Permissu. MDCXXIII.



Admod. V^{ostri} & Reuerendiss. Domino,
D. ANDREAE TOVAGLIAE
D. STEPHANI EQVITI,
PRAEFECTO MERITISSIMO,

Et Reuer. Dominis Laureptianæ Ecclesiæ Canonicis
Ioannes Bengiannus Χαίρειν.



*V. M. Dei Optimi Max. consilium
factum sit, a quo velut aperenni gra-
tiarum fonte cuncta emanant bona,
& maxima, præstantissima, & in-
numera, effluunt munera, ut ab Il-
lustrissima, & nunquam satis cele-
brata præconijs Aldobrandina fami-
lia in Alnum vestrum Collegium,
meritis licet imparibus, sim cooptatus; Vos Sacerdotes Opt.
(qui vester est in me amor) tanta me benignitate, & hu-
manitate complexi estis, & mihi noua hac dignitate insignito tan-
topere*

copere gratulati, ut ingrati animi crimine iure optimo damna-
 ri posse viderer, si tantæ vestræ in me benevolentiae, singula-
 riq; Charitati mutuis, ut par est, non responderem officijs.
 Quamobrem non incongruens videbitur, cum amor amore
 compensari debeat, si cum alia ratione id omnino præstare mi-
 nime possim, vobis in hoc Sacro Laurentiano lyceæ grati ani-
 mi mei signum aliquod ostendam, & nunciam saltem medio-
 crem optime vestræ in me voluntati gratiam quam primum
 referam. Cum itaque orationes non nullas, & patrio, & la-
 tino sermone diuersis ferè temporibus olim elucubrassem,
 quando, & in literario ludo Clericorum huius Augustissimæ
 Aedis, & in Seruitarum Cænobio iuuentutem humaniores
 literas publicè, & priuatim docui, idq; eos qui scientiæ meæ
 non vulgares sunt testes, & mihi necessitudine, & familia-
 ritate coniuncti, nequaquam lateret, auctoritate sua maxi-
 ma, qua apud me plurimum valent, ad eò effecerunt, & ter-
 guersantem, & penitus reluctantem impulerant, ut inter ca-
 teras præsertim hæc de Sacerdotali dignitate saltem in pù-
 blicam lucem proferrem. Ego verò cum cuperem haberi gra-
 tus, & si obrectatorum, & improborum voculas non pa-
 rum reformidabam, & optimè nouerā nihil nisi summo studio,
 industria, & arte undique elaboratum prodire debere, mi-
 hiq; ingenij mei hæbetudinis planè conscius eram, tamen re-
 cordatus quò magis homines ratione vterentur eò magis ho-
 mines esse, & quo magis homines essent, eò maiori humanita-
 te, & benignitate uti, hac una demum cogitatione paululum
 recreatus, eorum licet inuitus annui votis, & hanc tantum-
 modo selegi, quam typis mandarem. Ad vos igitur, quos verè
 hæc dignitas decet, hæc spectat oratio, vestroq; nomine inscri-
 pta in publicum proponi, & diuulgari debet. Quod consilium

ut ceperim, causæ sanè multæ, præclara in primis bonitas ve-
stra, singularis virtus, ingens religio, modestissimi mores, gra-
tus, & memor animus summa in nostræ Laurentianæ Eccle-
siæ administratione prudentia, maxima vestra in me bene-
volentia, & qua fulgetis Sacerdotalis dignitas, Orationis hu-
iuscæ proprium argumentum. His rebus adductus cæteris me-
ritò præposui, quibus hoc anno alterum mearum vigiliarum
fructum hac ingenio mei imbecillitate quamvis immaturis
impertirem. Existimabam enim hoc vehemens in vos stu-
dium, & certissimum propensæ voluntatis specimen, & præ-
clarum in hac re iudicij mei testimonium vobis nō ingratum,
& in iucundum fore. Accipite modo hilari vultu munuscu-
lus hoc, etsi expe, incredibilis mei in vos amoris indicium, ab
optimo, & vobis deditissimo animo profectum, & cum, cui
nihil antiquius fuit, quam ut se memorem, & gratum præ-
beret, vestra maxima, ut iam pridem facere institulistis, bene-
volentia, humanitate, & gratia fovere, & prosequi minis.
Vos pigeat. Valete Flor. & Adibus nostris Laurentianis.

ORATIO.



VALIS, quantaq; sit Sacerdotalis Dignitas, atq; Præminentia plenè a quopiam, vel etiam disertissimo propter summam rei sublimitatem, & amplitudinem, aperiri non posse facile adducor credere. Maximam tamè esse, ac perquam illustrem, multi tum Sacri, tum Prophani, & quod non mediocre, nec vulgare euidentiæ confert argumentum, vel etiam Ethnici, iidemq; grauissimi Auctores varias diuersasq; rationes, probationesq; aptissimas ex rei ipsius vberimis fontibus promanantes circumferendo, non minus verè quam doctè, eleganterq; expresserunt. Verum ipse, nè hac in celebritate, quod prorsus dedecere videtur, omnino fileam; temporì tamen, & breuitati consulens; vel illud vnum, quod ex sola ipsius Clericorum verbi Ethimologia deducitur, argumentum obiter attigisse contentus fuero; hinc enim nisi plenè, clarèq; (hoc namque ab vilo quantumuis facundo, quantumuis ornatè dicendi arte ornem, iuraq; omnia probè callente, si spiritus non sit afflatus diuino, ex quouis capite præstari non posse iam iam sum professus) at a longè saltem, ac tanquam per nebulas, quod aiunt, indicabitur altissimum illud dignitatis fastigium, de quo dicere pro oblata occasione, & de mandato munere sum aggressus.

Clerici namque nomen, vt rem ipsam iam cominus attingam, quo omnes, qui in Ecclesiâ Christi deseruiūt, ab infimis vsque ad supremos designari Beatus testatur Isidorus, deriuatur, vt Sanctus Hieronymus fidissimus

vertit

vertit interpretis, a verbo Græco κληρὸς, quod in latino hoc nostro sermone nihil aliud significat, quam sortem: & propterea dicuntur Clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus sors, idest pars Clericorum est. Id quod valdè consonat illi, quod de ipsis in sacris literis legitur. Vos elegit Dominus, ut steteris coram eo, cremetisque ei incensum. Et fidelissimò fuit Domini ipsius confirmatum testimonio, dum de ipsis loquendo dixit. Scio quos elegerim, & rursus, non vos me elegistis, sed ego elegi vos.

At quid est, inquit quispià, in sorte Domini esse, aut eligi ad standum coram eo, cremandumque ei incensum? Quid? Magnum profectò exproscitur, atque adeò magnum, ut explicari nullo modo queat. Quæ enim ratione, quo potissimum exemplo, aut quibus tandem verbis designabitur? Ipse profectò non video quomodo sors talis, atque tanta, quæ nulli alteri existit, secunda, quomodo talis, ac tanta electio, cui nulla altera satis dignè comparari posse videtur, adumbrari, ne dum exprimi valeat. Nam si felices, & beatos, quos verius præ his, & miseros, & calamitosos quis iure dixerit, existimamus. Aulicos filios, qui alicui ex Principibus hisce terrenis, qui tamen quodcumque, vel etiam supremos elegeris, & mortui, & miseris alijs omnibus humanis sicut cæteri homines, subiaceant, servitutem seruiunt, & eos præcipuè suspiciamus, qui personæ servitio sunt addicti, ut potè magis intrinsecos, magisque familiares, quid de sacerdotibus dicemus, quam verè felices, quam verè beatos existimabimus, quam opti-

4
mo iure maximè suscipiēmus, cum immortalis, atque
celestis illius Regum Regis, & Dominantium Domi-
ni, cuius solius, ut vprè, sanctèque asseruit Magnus
ille Rex Israel, est magnificentia, & potentia, & glo-
ria, & cuius sunt cuncta, quæ in Cælo sunt, & in ter-
ra, cuius est regnum, & qui est super omnes Princi-
pes, & dominatur omnium, sunt deputati Ministri,
electi famuli, & inter nobiles, atque intimiores ser-
uos numerati. At quod ministerij genus, quem famu-
latum, quam servitutem illi exhibent? Gravem for-
tasse, aut vilem? Nequaquam: sed nobilissimam,
profectò, & cæterarum omnium quam dignissimam;
atque adeò præterea suavem, & iucundam, ut si re-
ctè perpendatur, & hinc interim immensam huius
Domini munificentiam, immensam liberalitatem,
& ipsorum tum felicitatem, tum celsitudinem ma-
gis magisque admirari quisque cogitur, verius do-
minari, quam servire, verius regnare, quam subesse,
censeri debeant.

Assistunt enim in primis illi adeò familiariter, adeò
intimè, ut nulla prorsus in ipsis Servorum conspiciat-
ur conditio, nulla qualitas; sed potius domestico-
rum civium Dei, & carorum Amicorum eiusdem pre-
clara resulgeat species, micetque fortuna, veluti cla-
rè etiam demonstrant tum nomina, tum officia, ip-
sis per ipsum Dominum demandata, quod nedum
hoc tam benevolò, tamque magnifico Amicorum
nomine dignari voluit non semel, atque cohunc-
tare Sacerdotes suos, eos enim alloquens dixit
Vos

Vos amici mei estis, iam non dicam vos seruos, quia
seruus nescit quid faciat Deo minus eius, vos autem di-
xi Amicos, quia omnia quaecumque audiui a Patre meo
nota feci vobis, sed etiam, tum ut hac ipsa eius erga il-
los declararetur beneuolentia, atque coniunctio, tum ut
sublime ipsorum denotaretur Officij genus, in eam mi-
nisterij sortem ~~uenerunt~~ ~~animum~~ induxit suum, ut eos
sibi in oculos elegerit, & ad aures esse voluerit: Quod sit ut
modo quodam ferè diuino, omnia cernant, omnia vi-
deant, omnia speculentur, arcana omnia norint, omnia
pernoscant consilia, seria quæque percipiant, Spiritus
Sancti exaudiant, & intelligant voces, Mysteriorum om-
niū fiant conscij, atque participes, nihilque adeò magnū
sit, adeò graue, adeò summi momenti, quod ipsis non re-
ueletur, non detegatur, non communicetur. Inde maxi-
ma cum ratione, ut potè in diuinis edocti eloquijs, diuinis
imbuti arcanis, diuinis instructi mysterijs, diuinas enun-
ciant leges, diuina edocent placita, diuina promulgant
decreta, & diuinę voluntatis constituuntur iudices, sacra-
rum omnium causarum cognitores, & in quouis spiri-
tuali negotio cum potestatis plenitudine arbitri. Præter-
ea lux dicuntur mundi, & lucerna non sub modio, sed
super candelabrum posita, eò quod prædictorum My-
steriorum cognitione illustrati, veluti fax accensa, & in
sublimi collocata lumine, luceat omnibus, qui in Domo
Domini sunt. Appellantur sal terre, eò quod cœlestem,
atque diuinam sapientiam edocti, a putredine, & ab in-
fectarum harum terrestrium doctrinarum marcore cū-
ctos præseruant; insulsa Mundi dogmata condiunt, &
veram, lapidamque scientiam impartiunt, atque mini-
strant;

stant; veritatis Assertores, prauæ doctrinæ Hostes, falsitatis Redargutores, & germanæ cuiusvis doctrinæ Sales sapidissimi. Hinc omnium existunt auctoritate, & consilio Patres, doctrina, & moribus Magistri fidelis Populi Duces, aberrantis Gregis Pastores, dominicarum ouium Custodes, exempla bonorum operum, documenta virtutum, Ecclesiæ Decus, in quibus amplius fulget Ecclesia, ac demum columnæ firmissimæ, quibus in Christo fundatis innititur omnis multitudo credentium.

Administrant præterea preciosissimā illius gazam, immensissimos Thesauros, incōparabiles diuitias, inæstimabiles opes: & quod maius est, ea libertate, ea securitate, quæ Domini amplissima est Maiestas, & munificentiae præclarissimus fulgor, administrant, vt non administrantiū; quorū facultas coarctari, certisque limitibus circumscribi consuevit, specimen præbeant, sed magis liberæ dispensationis, seu verius absoluti, plenique dominij imperium exercere videantur: ampla namque auctoritate per ipsum Dominum, qui plenam illis super Cælum, & super terram potestatem dedit, sibi tradita nixi, diuina beneficia, diuina dona, diuina munera, quæ & inæstimabilia, & innumerabilia sunt ad libitum fidelibus distribuunt, & inter hæc, Sacramenta ipsa conferunt, quæ tanti sunt precij, tanti valoris, vt in hominum æstimationem cadere nullo modo possint; Infinitæ enim sunt virtutis, infinitæ efficaciae, vtpotè infinita virtute, & infinito merito ipsius Domini instituta, & infinitos fructus, spirituales scilicet, eosque nobilissimos habentia, quibus non satis digne comparari potest quicuis preciosus Thesaurus, cum per ipsa, præter cætera, quæ nimis longum esset in medium afferre, in-

stituat, mediante gratia, quam conferunt, vita spiritua-
lis, nec non per eadem perficiatur, cōseruetur, regatur, atq;
propagetur. Præterea per ipsos benedictio populo, & diui-
na gratia datur. Per ipsos ianuæ Ciuitatis æternæ, per
quas omnes, qui credunt in Christum, ingrediuntur ad
Christum, adaperiuntur. Ipsi sunt sanitores, quibus cla-
ues dare sunt regni Cœlorum. Ipsi sunt per quos ad Cœ-
lum, ipsum ad regnum illud diuinum, & bonis omni-
bus affluentissimum patet aditus, datur ingressus. Ipsi lo-
cupletissime illi Aerario, in quo precij infiniti recondun-
tur merita, sunt præfecti, eaque ad libitum distribuunt,
erogant, atque donant. Ipsi denique ne dum regis omnis
facultatis quæ amplissima est, atque vberima, sed etiam
domus ipsius sunt dispensatores, quorum arbitrio in Au-
la Regis æterni diu duntur nobiles illi gradus, imperiun-
tur suprema officia, & beatissimæ illæ mansiones assignā-
tur. Tractant denique, quod admirabile prorsus, & inaudi-
tū existit, tractant corpus, atque ad eō personam ipsam
gloriosissimi huiusce Domini, corpus, inquam, illud san-
ctissimum, e purissimis immaculatæ Virginis sanguini-
bus, ineffabili Spiritus Sancti ope admirabiliter forma-
tum, omnibus virtutum & gratiarum donis redundans;
sanctissimam illam personam, de qua cum innumera, ne-
dum admiranda, sed adeo sublimia, atque elata, ut om-
nem prorsus excedant caprum, dici valeant. Ne longius
tamen, quam par est, nostra protrahatur oratio, & ut
vnicō verbo rerum infinitas comprehendatur dixisse sit
satis, quod est Persona Diuina, quod est ac si dixeris, tra-
ctant Personam illam, quæ supra omnem legem Natu-
ræ, Naturæ substat duplici, supranaturali prorsus, &
admirabilissimo modo humanæ scilicet, & diuinæ: & si-

cut ex parte humanæ supra omnem humanum statu in
& supraquam homo capere possit, redundat in ipsa om-
nis præcellentiæ in vnoquoque virtutum, ac meritum
genere supremitas; sic ex parte diuinæ vnitatem indivisi-
biliter habet æternam illam mentem, spiritualementem illam
substantiam, essentiam illam incomprehensibilem, qua
nihil esse potest nec maius, nec sapientius, nec melius, quæ
est sine initio, sine fine, simplex, sine vlla admixtione, in-
uisibilis, incorporea, immensa, ineffabilis, inestimabilis,
quæ est ipsum esse, ipsa vita, ipsa sapientia, ipsa veritas,
ipsa iustitia, ipsa æternitas existens, a qua venit rebus con-
ditis, vt sint, & creaturam omnem instar puncti in se
continet.

Vnde clicere licet, quod Sacerdotibus sit credita, atque
commissa illa Persona illa tam egregia, tam eximia, tam om-
nipotens, cuius Dictioni substant quæcumque sunt cu-
iusque imperio subiacent, non dicam alicuius Urbis, sed
vniuersi Orbis homines, & nedum viuentes, sed & vita
functi, illi quoque quibus lucem hanc non dū aspicere con-
tingit, & præterea Cœlorum beati illi Spiritus, & Infero-
rum Manes, & cætera omnia, quæ super Cœlum, quæ
in Cœlo, quæ infra Cœlum aut reperiuntur, aut reperi-
ri possunt.

Quod sit vt non possim me hic villo pacto continere,
quin exaggerem Sacerdotum tam felicem, tam beatam,
fortem, & cum D. Augustino exultando exclamem o fe-
lices, terque quaterque felices Sacerdotes, o felix, verè fe-
lix exercitum, o beatum Ministerium, o venerabilium
sanctitudo manuum, quibus tractat Christum Sacerdos
Dei filium, o celeste Mysterium, quod per ipsos Pater, &
Filius, & Spiritus Sanctus tam inirabiliter operatur, su-

per tam ineffabili ipsorum ministerio , quod vno eodemque momento idem Deus , qui præsi tet in Cælo , in manibus ipsorum est in sacrificio . O veneranda Sacerdotum Dignitas , in quorum manibus Dei filius , velut in vtero Virginis incarnatur , & ille , qui ex nihilo cuncta creauit sine ipsis , dedit ipsis , si fas est dicere , creare se . Sacerdotum namque ministerio , & non alterius Christi Corpus conficitur , consecratur , tangitur , tractatur , atque sumitur : & tantum gratia , & auctoritate pollent , vt illud quoque cæteris tradant , atque communicent ; & proinde mediatores inter homines , & Deum constituentur , inimicitias omnes componant , odia tollant , iram compescant ; Indulgentiam impetrent , ac demum concilient , & in pristinam reducant gratiam , atque beneuolentiam . Ipsi namque utpotè quibus propriè animarum curandarum sollicitudo commissa est , quique pondus Populi sibi commissi viriliter sustinent pro peccatis omnium , velut pro suis , infatigabiliter supplicant Deo , ac velut quondam Aaron incensum contriti cordis , & humiliati spiritus offerentes , quo placatur Deus , auertunt iram futuræ animaduersionis a Populo , pro Populo interpellant , Populi peccata comedunt , quia suis precibus , & oblationibus ea delent , atque consumunt . Quin ea ipsis ligandi , atque soluendi potestas data est , vt pro commisso munere , velut ex propria auctoritate errantes corripiant , & quotiescumque eos pœniteat , dimittant , noxias condonent , quod quisque deliquit ignoscant , remittant errata , culpas abluant , peccata deleant , ac sceleris omnis pœnas aut minuant , aut tollant , & ex reis in electos permutent , ex hostibus in amicos , ex perduellionibus

in benevolos, ex perditione euehant ad salutem, a fauci-
bus Orci, ac perpetuæ mortis ad Paradisi, vitæque æter-
næ reducant gaudia, ac demum Cœlum adaperiant,
inque ipsum introducant, claudant Infernum, & ab il-
lius cruciatibus eripiant. Quæritur forsan, quæritur
ulterius, quid sit in sorte Domini esse, aut eligi ad stan-
dum coram eo, cremandumque ei incensum? At est
præter ea, quæ iam attulimus, supra omnes cuiusvis sta-
tus, conditionis, aut dignitatis homines esse quam lon-
gissimè elatum. Sacerdotalis enim dignitas cuilibet alteri,
quantumuis summæ, quantumuis supremæ longè eminet,
atq; præcellit. Quod & diuina constitutione, tum in statu
Naturæ, tū legis, tum gratiæ fuit ordinatum, & postmodū
in omni seculo, in omni ætate, in omni natione plenè præ-
stitum, atq; seruatum. Et quidem quod hæc in omni æuo
diuina fuerit ordinatio, clarè liquet, & citra omnem ambi-
guitatis suspensionem certi reddimur ex locupletissimis,
clarissimisque literarum testimonijs, quæ passim sunt obuia,
& primò occurrit. Est enim locus, ubi de primordiali illa
rerum origine agitur, illud quod eleganter admodum,
ac luculenter ab eximio illo patre, ac doctissimo Hugo-
ne de Sancto Victore traditur, dum illud sacre *γινώσκων*, fe-
cit Deus duo luminaria magna, luminare maius, ut præ-
esset diei, & luminare minus, ut præesset nocti, mysticè
exponens, dicit: sunt in Ecclesiæ Sanctæ firmamento a
Domino creata duo luminaria magna, Sacerdotium scili-
cet & Regnum, Rex, & Episcopus, Princeps, & Clericus,
dies spiritualia, nox secularia præfigurat; Ita luminare
maius, scilicet Sacerdotium factum est, ut præsit diei,
idest spiritualibus, luminare verò minus, videlicet regnū,
ut præsit nocti, idest secularibus: contra naturam pro-
inde

inde est, si sol nocti, si præsit luna Diei, si Princeps Sacerdoti se præferat, si Sacerdos secularium sub iussu tenebris, officij sui serenum obnubilare cogatur. Inde clarè liquet Sacerdotij fulgorem tantum cuiusvis Principatus nitori præstare, quantum sol lune, & dies nocti præstat, ac proinde nihil tam clarum reperiri posse, quod ipsius fulgentissimis radijs, clarissimo lumini, micantibusq; splendoribus comparari valeat. Consonat valde hæc doctissimi Hugonis expositio diuinæ proinde sequentis dispositioni: in ipsa enim crescentis Mundi origine dum homines ea solum vterentur viuendi forma, quæ natura est insita, summa appellata ratio, quæ iubet ea quæ faciendæ sunt, prohibetque contraria, cum iam cum ipso populo creuisset hominum improbitas, atque malitia, adeo ut nec vera vigeret religio, nec diuinus exhiberetur cultus, nec quietus, aut pacificus daretur rerum usus, nec etiam vita ipsa esset in tuto; propter corruptam enim hominum naturam, fidem, probitatem, religionem, & bonas artes, viria subuerterant, & pro his superbiam, crudelitatem, Diuini cultus neglectum, ceteraque mala facinora edocuerant, sæpeque eueniebat ut alter alteri mille modis insidaretur, & potentiores a multarum rerum usu alios prohiberent, & ignaui semper alieno labore ali vellent. Ut hæc tollerentur scelera, restituerentur virtutes, eriperentur e medio qui alios vexabant, qui publicam hominum societatem turbabant, coercerenturque delinquentes, ne & alij magis prona peccandi relinqueretur occasio, utque homines sicut ipsorum exigebat natura, quæ commercio valde regitur, rerum, & officiorum communicatione potenterentur, & tum dando tum accipiendo, tum artibus, tum operibus, tum facultatum usu colligarentur, idem ille supremus

mus Celi, Terræque opifex, qui totius Mundi machi-
nam permirò quodam construxit ordine, & omnia crea-
uit in numero, pondere, & mensura, & suos vnicuique rei
prescripsit vsus, vt genus quoque humanum, ad sui ip-
sius imaginem compictum, & rationis particeps, bene
ordinateque institueret, quemadmodum ipsam rationem
decer, certam vitæ præscribat normam, ritus instituit,
mores edocuit, mandata dedit, decreta protulit: & vt a
se ordinata executioni demandaretur (frustra enim quod-
libet decernitur, nisi sit qui ad illius obstringat obser-
uantiam) nonnullos viros eligi iussit, qui & ceteris præ-
essent, & in ceteros ius, dominiumque haberent, deque
omnibus iudicarent, & vt æquum sibi videbatur, impo-
nerent, & quæ iussissent, exequi, & seruari facerent, & iu-
dicum, & magistrorum illis attribuit nomen, primus hic
namque, ac summus fuit prælationis principatusque gra-
dus: Id quod ex Deuteronomij libro colligitur, in quo
legitur Deum Israelitico populo in hanc formam præce-
pisse. Iudices, & Magistros constitues in omnibus por-
tis tuis, quos Dominus Deus tuus dederit per singulas
tribus tuas, vt iudicent Populo iusto iudicio, nec in alte-
ram partem declinent: his tamen ex eiusdem Domini or-
dinatione fuerunt prælati, atque præpositi Sacerdotes,
& in signum huiusce superioritatis ab illis ad hos prouo-
cari iustum fuit, & horum determinationem cuiuscumque
alteri præualere. Dicitur enim ibidem paulo infra, si
difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris
inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, le-
pram, & non lepram, & iudicium intra portas tuas vide-
ris verba variari, surge, & ascende ad locum, quem ele-
gerit Dominus Deus tuus, veniesq; ad Sacerdotes Leuitici

generis , & ad Iudicem , qui fuerit illo tempore ;
quæresque ab eis , qui iudicabunt tibi Iudicij ve-
ritatem , & facies quodcumque dixerint , qui præ-
sunt loco , quem elegerit Dominus , & docuerint
te iuxta legem eius , sequerisque sententiam eorum :
nec declinabis ad dexteram , neque ad sinistram ,
qui autem superbierit , nolens obedire Sacerdotis im-
perio , qui eo tempore ministrat Deo tuo ex de-
creto Iudicis , morietur homo ille , & auferes ma-
lum de Israel , cunctusque populus audiens time-
bit , vt nullus deinceps intumescat superbia . In ipso
verò legis exordio , cum primum sub lege viui ce-
ptum est , quo tempore & nomen Regis fuit pri-
mò adinuentum , ab officio ipso , quod incumben-
bat illi , qui præesse alijs debebat , deriuatum ; non
ne Sacerdotes ipsi fuerunt ante omnes , & præ om-
nibus , præclaro isto & nomine , & munere deco-
rari ? legitur enim ipsis per Dominum fuisse dictum ,
si audieritis vocem meam , & custodieritis pactum
meum , eritis mihi in peculium de cunctis Populis ;
mea est enim omnis terra , & vos eritis mihi in
regnum Sacerdotale , & gens Sancta . Quod & post-
modum plenè fuisse seruatum , & Sacerdotes nedum
nomine , & munere Regis decoratos , sed etiam
cæteris alterius generis Regibus longè prælatos te-
statur Idem Dominus , dum non Regi , sed Sa-
cerdoti , non de regia stirpe , sed de Sacerdotali
prosapia descendenti , de Sacerdotibus videlicet , qui
erant in Anathoth dixit , ecce constitui te super
gentes , & regna , vt euellās , & dissipēs , & ad-
huc , & plantas .

Post enunciatum denique Euangelium, non semel eximio
illo Regis nomine, quod omnium est supremum, atque
minentissimum, in sacris literis reperiuntur cohonestati
acerdotes. Per beatum namque Petrum de ipsis dicitur,
vos autem genus electum, Regale Sacerdotium, Gens Sā-
cta, Populus acquisitionis, ut virtutes annuncietis eius,
qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumē suū. Apud
eum quoque Ioanne de Sacerdotibus, & cum ipsis Sa-
cerdotibus conloquentem, & de ista regali dignitate per
eum Christum, Sacerdotibus acquisita gratias agentē,
gitur. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in
anguine suo, & fecit nos Deo regnum, & Sacerdotes pa-
tri suo. Apud eundem venerandus ille seniorum, hoc est
Prophetarum, & sic Sacerdotum catus, de eadem Re-
gali dignitate laudem, & gloriam canens, & exultans dice-
bat. Redemisti nos Deus in sanguine tuo ex omni Tribu,
& Populo, & Natione, & fecisti nos Deo nostro regnum,
& Sacerdotes, & regnabimus in aeternum. Quod autem
Diuina hac ordinatio fuerit in omni seculo, in omni aeta-
te, in omni natione plene seruata, satis superque patet ex
eo, quod non solum Sacerdotij dignitas fuit semper cui-
usq; alteri prelate, sed etiam tanti est habita, ut ex ipsa
solum ceterae dignitates decorem, & Maiestatem sumere
int credite, & ideo sublimioribus semper dignitatibus, ut
augustiores redderentur, iungi consuevit. Exemplo nobis
est Heli, qui cum esset Sacerdotali honore insignitus, Iu-
dex quoq; qui tunc, ut dictum est, summus erat Reipu-
blica illius Principatus, Populi in Israel fuisse legimus Sa-
muel quoque iudiciariam habuit in Israel potestatem.
Moyse verò cum esset Sacerdos, dux pariter & imperator
fuit Israelitici Populi. Simon etiam Machabeus, & qui

ut ceperim, cause sanè multæ, præclara in primis bonitas ve-
stra, singularis virtus, ingens religio, modestissimi mores, gra-
tus, & memor animus summa in nostræ Laurentianæ Eccle-
siæ administratione prudentia, maxima vestra in me bene-
volentia, & qua fulgetis Sacerdotalis dignitas, Orationis hu-
iusce proprium argumentum. His rebus adductus cæteris me-
rito præposui, quibus hoc anno alterum mearum vigiliarum
fructum hac ingenioli mei imbecillitate quamvis immaturus
impertirem. Existimabam enim hoc vehemens in vos stu-
dium, & certissimum propensæ voluntatis specimen, & præ-
clarum in hac re iudicij mei testimonium vobis nō ingratum,
& in iucundum fore. Accipite modò hilari vultu munuscu-
lus hoc, etsi ex illo, incredibilis mei in vos amoris indicium, ab
optimo, & vobis deditissimo animo profectum, & cum, cui
nihil antiquius fuit, quam ut se memorem, & gratum præ-
beret, vestra maxima, ut iam pridem facere instituistis, bene-
volentia, humanitate, & gratia fouere, & prosequi minus
vos pigeat. Valete Flor. Cædibus nostris Laurentianis.

ORATIO.



VALIS, quantaq; sit Sacerdotalis Dignitas, atq; Præminentia plenè a quopiam, vel etiam disertissimo propter summam rei sublimitatem, & amplitudinem, aperi-
ri non posse facillè adducor vt credam: maximam tamè esse, ac perquam illustrem, multum tum Sacri, tum Prophani, & quod non mediocre, nec vulgare euidentiæ confert argumentum, vel etiam Ethnici, iidemq; gratissimi Auctores varias diuersasq; rationes, probationesq; aptissimas ex rei ipsius vberimis fontibus promanantes circumferendo, non minus verè quam doctè, eleganterq; expresserunt. Verum ipse, nè hac in celebritate, quod prorsus dedecere videtur, omnino sileam; tempori tamen, & breuitati consulens, vel illud vnum, quod ex sola ipsius Clericorum verbi Ethimologia deducitur, argumentum obiter attigisse contentus fuero; hinc enim nisi plenè, clarèq; (hoc namque ab vllò quantumuis facundo, quantumuis ornatè dicendi arte omnem, iuraq; omnia probè callente, si spiritu non sit afflatus diuino, ex quouis capite præstari non posse iam iam sum professus) at a longè saltem, ac tanquam per nebulas, quod aiunt, indicabitur altissimum illud dignitatis fastigium, de quo dicere pro oblata occasione, & de mandato munere sum aggressus.

Clerici namque nomen, vt rem ipsam iam cominus attingam, quo omnes, qui in Ecclesia Christi deseruiunt, ab infimis vsque ad supremos designari Beatus testatur Isidorus, deniuatur, vt Sanctus Hieronymus fidissimus

vertit

vertit interpret, a verbo Græco κληρὸς, quod in latino hoc
nostro sermone nihil aliud significat, quam sortem: &
propterea dicuntur Clerici, vel quia de sorte sunt Do-
mini, vel quia ipse Dominus fors, idest pars Clericorum
est. Id quod valdè consonat illi, quod de ipsis in sacris
litteris legitur. Vos elegit Dominus, ut steteris coram eo,
cremetisque ei incensum. Et fidelissimò fuit Domini ip-
sius confirmatum testimonio, dum de ipsis loquendo
dixit. Scio quos elegerim, & rursus, non vos me elegi-
stis, sed ego elegi vos.

At quid est, inquit quispiā, in sorte Domini esse, aut
eligi ad standum coram eo, cremandumque ei incensum?
Quid? Magnum profectò exposcitur, atque adeò ma-
gnum, ut explicari nullo modo queat. Quæ animæ ra-
tione, quo potissimum exemplo, aut quibus tandem
verbis designabitur? Ipse profectò non video quomo-
do fors talis, atque tanta, quæ nulli alteri existit, secun-
da, quomodo talis, ac tanta electio, cui nulla altera sa-
tis dignè comparari posse videtur, àdumbrari, ne dum
exprimi valeat. Nam si felices, & beatos, quòs verius
præ his, & miseros, & calamitosos quis iure dixerit,
existimamus. Aulicos filios, qui alicui ex Principibus
hiscæ terrenis, qui tamen quòscumque, vel etiam su-
premos elegeris, & mortui, & miseris alijs omnibus
humanis sicut ceteri homines, subiaceant, servitutem
serviunt, & eos præcipuè suspicimus, qui personæ ser-
vitio sunt addicti, ut potè magis intrinsecos, magisque
familiares, quid de Sacerdotibus dicemus, quam ve-
rè felices, quam verè beatos existimabimus, quam opti-

2
moriure maximè suscipiemus, cum immortalis, atque
eclestis illius Regum Regis, & Dominantium Domi-
ni, cuius solius, ut verè, sanctèque asseruit Magnus
ille Rex Israel, est magnificentia, & potentia, & glo-
ria, & cuius sunt cuncta, quæ in Cælo sunt, & in ter-
ra, cuius est regnum, & qui est super omnes Princi-
pes, & dominatur omnibus, sunt deputati Ministri,
electi famuli, & inter nobiles, atque intimiores ser-
ues numerati. At quod ministerij genus, quem famu-
latum, quam servitutem illi exhibent? Gravem for-
tasse, aut vilem? Nequaquam: sed nobilissimam
perfectò, & cæterarum omnium quam dignissimam;
atque adeò præterea suavem, & iucundam, ut si re-
ctè perpendatur, & hinc interim immensam huius
Domini munificentiam, immensam liberalitatem,
& ipsorum tum felicitatem, tum celsitudinem ma-
gis magisque admirari quisque cogitur, verius do-
minari, quam servire, verius regnare, quam subesse,
conferi debeant.

Assistunt enim in primis illi adeò familiariter, adeò
intimè, ut nulla prorsus in ipsis Servorum conspici-
tur condictio, nulla qualitas; sed potius domesticorum
civium Dei, & carorum Amicorum eiusdem præ-
clara resplendet species, micetque fortuna, veluti cla-
rè etiam demonstrant tum nomina, tum officia, ip-
sis per ipsum Dominum demandata, quod nedum
hoc tam benevolo, tamque magnifico Amicorum
nomine dignari voluit non semel, atque cohone-
stare Sacerdotes suos, eos enim alloquens dixit, Vos

Vos amici mei estis, iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius, vos autem dixi Amicos, quia omnia quaecumque audiui a Patre meo nota feci vobis, sed etiam, tum vt hæc ipsa eius erga illos declararetur beneuolentia, atque coniunctio, tum vt sublimè ipsorum denotaretur Officij genus, in eam ministerij sortem euehere animum induxit suum, vt eos sibi in oculos elegerit, & ad aures esse voluerit. Quod sit vt modo quodam ferè diuino omnia cernant, omnia videant, omnia speculentur, arcana omnia norint, omnia pernoscant consilia, seria quæque percipiant, Spiritus Sancti exaudiant, & intelligant voces, Mysteriorum omnium fiant conscij, atque participes, nihilque ad eò magnū sit, ad eò graue, ad eò summi momenti, quod ipsis non reueletur, non detegatur, non communicetur. Inde maxima cum ratione, vt potè in diuinis edocti eloquijs, diuinis imbuti arcanis, diuinis instructi mysterijs, diuinis enunciant leges, diuina edocent placita, diuina promulgant decreta, & diuinę voluntatis constituuntur iudices, sacramentorum omnium causatum cognitores, & in quouis spiritali negotio cum potestatis plenitudine arbitri. Præterea lux dicuntur mundi, & lucerna non sub modio, sed super candelabrum posita, eò quod prædictorum Mysteriorum cognitione illustrati, veluti fax accensa, & in sublimi collocata lumine, luceant omnibus, qui in Domo Domini sunt. Appellantur sal terrę, eò quod cœlestem, atque diuinam sapientiam edocti, a putredine, & ab infectarum harum terrestrium doctrinarum marcore cunctos præseruant; insulsa Mundi dogmata condiunt, & veram, sapidamque scientiam impartiunt, atque ministrant;

strant; veritatis Assertores, prauæ doctrinæ Hostes, falsitatis Redargutores, & germanæ cuiusvis doctrinæ Sales sapidissimi. Hinc omnium existunt auctoritate, & consilio Patres, doctrina, & moribus Magistri fidelis Populi Duces, aberrantis Gregis Pastores, dominicarum ouium Custodes, exempla bonorum operum, documenta virtutum, Ecclesiæ Decus, in quibus amplius fulget Ecclesia, ac demum columnæ firmissimæ quibus in Christo fundatis innititur omnis multitudo credentium.

Administrant præterea preciosissimā illius gazam, immensissimos Thesauros, incōparabiles diuitias, inæstimabiles opes: & quod maius est, ea libertate, ea securitate, quæ Domini amplissima est Maiestas, & munificentia præclarissimus fulgor, administrant, vt non administantiū; quorū facultas coarctari, certisque limitibus circumscribi consuevit, specimen præbeant, sed magis liberæ dispensationis, seu verius absoluti, plenique dominij imperium exercere videantur: ampla namque auctoritate per ipsum Dominum, qui plenam illis super Cælum, & super terram potestatem dedit, sibi tradita nixi, diuina beneficia, diuina dona, diuina munera, quæ & inæstimabilia, & innumerabilia sunt ad libitum fidelibus distribuunt, & inter hæc, Sacramenta ipsa conferunt, quæ tanti sunt precij, tanti valoris, vt in hominum æstimationem cadere nullo modo possint: Infinitæ enim sunt virtutis, infinitæ efficacis, vtpotè infinita virtute, & infinito merito ipsius Domini instituta, & infinitos fructus, spirituales scilicet, eosque nobilissimos habentia, quibus non satis digne comparari potest quicquid preciosus Thesaurus, cum per ipsa, præter cætera, quæ nimis longum esset in medium afferre, in-

stituat, mediante gratia, quam conferunt, vita spiritua-
lis, nec non per eadem perficiatur, cōseruetur, regatur, atq;
propagetur. Præterea per ipsos benedictio populo, & diui-
na gratia datur. Per ipsos ianuæ Ciuitatis æternæ, per
quas omnes, qui credunt in Christum, ingrediuntur ad
Christum, adaperiuntur. Ipsi sunt sanitores, quibus cla-
ues dare sunt regni Cœlorum. Ipsi sunt per quos ad Cœ-
lum, ipsum ~~ad regnum illud clarissimum~~, & bonis omni-
bus affluentissimum patet aditus, datur ingressus. Ipsi lo-
cupletissimo illi Aerario, in quo precij infiniti recondun-
tur merita, sunt præfecti, eaque ad libitum distribuunt,
erogant, atque donant. Ipsi denique ne dum regis omnis
facultatis quæ amplissima est, atque vberissima, sed etiam
domus ipsius sunt dispensatores, quorum arbitrio in Au-
la Regis æterni diu duntur nobiles illi gradus, impertiun-
tur suprema officia, & beatissimæ illæ mansiones assignā-
tur. Tractant denique, quod admirabile prorsus, & inaudi-
tum existit, tractant corpus, atque ad eò personam ipsam
gloriosissimi huiusce Domini, corpus, inquam, illud san-
ctissimum, e purissimis immaculatæ Virginis sanguini-
bus, ineffabili Spiritus Sancti ope admirabiliter forma-
rum, omnibus virtutum & gratiarum donis redundans;
sanctissimam illam personam, de qua cum innumera, ne-
dum admiranda, sed ad eò sublimia, atque elata, vt om-
nem prorsus excedant caprum, dici valeant. Ne longius
tamen, quam par est, nostra protrahatur oratio, & vt
vnico verbo reum infinitas comprehendatur dixisse sit
fortis, quod est Persona Diuina, quod est ac si dixeris, tra-
ctant Personam illam, quæ supra omnem legem Natu-
ræ, Naturæ substat duplici, supranaturali prorsus, &
admirabilissimo modo humanæ scilicet, & diuinæ: & si-

cut ex parte humanæ supra omnem humanum statum
& supraquam homo capere possit, redundat in ipsa om-
nis præcellentiæ in vnoquoque virtutum, ac meritum
genere supremitas; sic ex parte diuinæ unitam indivisi-
biliter habet æternam illam mentem, spiritualementem illam
substantiam, essentiam illam incomprehensibilem, qua
nihil esse potest nec maius, nec sapientius, nec melius, quæ
est sine initio, sine fine, simplex, sine ulla admixtione, in-
uisibilis, incorporea, immensa, ineffabilis, inestimabilis,
quæ est ipsum esse, ipsa vita, ipsa sapientia, ipsa veritas,
ipsa iustitia, ipsa æternitas existens, a qua venit rebus con-
ditis, ut sint, & creaturam omnem instar puncti in se
continet.

Vnde elicere licet, quod Sacerdotibus sit credita, atque
commissa Persona illa tam egregia, tam eximia, tam om-
nipotens, cuius Dictioni substant quæcumque sunt cuius-
iusque imperio subiacent, non dicam alicuius Urbis, sed
vniuersi Orbis homines, & nedum viuentes, sed & vita
functi, illi quoque quibus lucem hanc non dū aspiciere con-
tingit, & præterea Cœlorum beati illi Spiritus, & Infero-
rum Manes, & cætera omnia, quæ super Cœlum, quæ
in Cœlo, quæ infra Cœlum aut reperiuntur, aut reperi-
ri possunt.

Quod sit ut non possim me hic villo pacto continere,
quin exaggerem Sacerdotum tam felicem, tam beatam
sortem, & cum D. Augustino exultando exclamem o fe-
lices, terque quaterque felices Sacerdotes, o felix, verè fe-
lix exercitium, o beatum Ministerium, o venerabilium
sanctitudo manuum, quibus tractat Christum Sacerdos
Dei filium, o celeste Mysterium, quod per ipsos Pater, &
Filius, & Spiritus Sanctus tam mirabiliter operatur, su-

per tam ineffabili ipsorum ministerio , quod vno eodemque momento idem Deus , qui præsit in Cælo , in manibus ipsorum est in sacrificio . O veneranda Sacerdotum Dignitas , in quorum manibus Dei filius , velut in utero Virginis incarnatur , & ille , qui ex nihilo cuncta creauit sine ipsis , dedit ipsis , si fas est dicere , creare se . Sacerdotum namque ministerio , & non alterius Christi Corpus conficitur , consecratur , tangitur , tractatur , atque sumitur : & tantum gratia , & auctoritate pollent , vt illud quoque cæteris tradant , atque communicent ; & proinde mediatores inter homines , & Deum constituentur , inimicitias omnes componant , odia tollant , iram compescant ; Indulgentiam impetrent , ac demum concilient , & in pristinam reducant gratiam , atque beneuolentiam . Ipsi namque utpotè quibus propriè animarum curandarum sollicitudo commissa est , quique pondus Populi sibi commissi viriliter sustinent pro peccatis omnium , velut pro suis , infatigabiliter supplicant Deo , ac velut quondam Aaron incensum contriti cordis , & humiliati spiritus offerentes , quo placatur Deus , auerunt iram futuræ animaduersionis a Populo , pro Populo interpellant , Populi peccata comedunt , quia suis precibus , & oblationibus ea delent , atque consumunt . Quin ea ipsis ligandi , atque soluendi potestas data est , vt pro commisso munere , velut ex propria auctoritate errantes corripiant , & quotiescumque eos pœniteat , dimittant , noxias condonent , quod quisque deliquit ignoscant , remittant errata , culpas abluant , peccata deleant , ac sceleris omnis pœnas aut minuant , aut tollant , & ex reis in electos permutent , ex hostibus in amicos , ex perduellionibus

in benevolos, ex perditione euehant ad salutem, a faucibus Orci, ac perpetuæ mortis ad Paradisi, vitæque æternæ reducant gaudia, ac demum Cœlum adaperiant, inque ipsum introducant, claudant Infernum, & ab illius cruciatibus eripiant. Quæritur forsan, quæritur ulterius, quid sit in sorte Domini esse, aut eligi ad standum coram eo, cremandumque ei incensum? At est præter ea, quæ iam attulimus, supra omnes cuiusvis status, conditionis, aut dignitatis homines esse quam longissimè elatum. Sacerdotalis enim dignitas cuilibet alteri, quantumvis summæ, quantumvis supremæ longè eminet, atque præcellit. Quod & diuina constitutione, tum in statu Naturæ, tum legis, tum gratiæ fuit ordinatum, & postmodum in omni seculo, in omni ætate, in omni natione plenè præstitum, atque seruatum. Et quidem quod hæc in omni ævo diuina fuerit ordinatio, clarè liquet, & citra omnem ambiguitatis suspensionem certi reddimur ex locupletissimis, clarissimisque literarum testimonijs, quæ passim sunt obuia, & primò occurrit. Est enim locus, ubi de primordiali illarum rerum origine agitur, illud quod eleganter admodum, ac luculenter ab eximio illo patre, ac doctissimo Hugone de Sancto Victore traditur, dum illud sacre ^{scripturæ} fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, ut præesset diei, & luminare minus, ut præesset nocti, mysticè exponens, dicit: sunt in Ecclesiæ Sanctæ firmamento a Domino creata duo luminaria magna, Sacerdotium scilicet & Regnum, Rex, & Episcopus, Princeps, & Clericus, dies spiritualia, nox secularia præfigurat; Ita luminare maius, scilicet Sacerdotium factum est, ut præsit diei, idest spiritualibus, luminare verò minus, videlicet regnū, ut præsit nocti, idest secularibus: contra naturam pro-

inde

inde est, si sol nocti, si præsit luna Diei, si Princeps Sacerdoti se præterat, si Sacerdos secularium submissus tenebris, officij sui serenum obambulare cogatur. Inde clarè liquet Sacerdotij fulgorem tantum cuiusvis Principatus nitori præstare, quantum sol lune, & dies nocti præstat, ac proinde nihil tam clarum reperiri posse, quod ipsius fulgentissimis radijs, clarissimo lumini, micantibusque splendoribus comparari valeat. Consonat valde hæc doctissimi Hugonis expositio diuinæ proinde sequente dispositioni: in ipsa enim crescentis Mundi origine dum homines ea solum vterentur viuendi forma, quæ natura est insita, summa appellata ratio, quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria, cum iam cum ipso populo creuisset hominum improbitas, atque malitia, adeo ut nec vera vigeret religio, nec diuinus exhiberetur cultus, nec quietus, aut pacificus daretur rerum usus, nec etiam vita ipsa esset in tuto; propter corruptam enim hominum naturam, fidem, probitatem, religionem, & bonas artes viria subuerterant, & pro his superbiam, crudelitatem, Diuini cultus neglectum, ceteraque mala facinora edocuerant, sæpeque eueniebat ut alter alteri mille modis insidiaretur, & potentiores a multarum rerum usu alios prohiberent, & ignaui semper alieno labore ali vellent. Ut hæc tollerentur scelera, restituerentur virtutes, eriperentur e medio qui alios vexabant, qui publicam hominum societatem turbabant, coercerenturque delinquentes, ne & alij magis prona peccandi relinqueretur occasio, utque homines sicut ipsorum exigebat natura, quæ commercio valde regitur, rerum, & officiorum communicatione ponerentur, & tum dando tum accipiendo, tum artibus, tum operibus, tum facultatum usu colligarentur, idem ille supremus

mus Celi, Terræque opifex, qui totius Mundi machi-
 nam permirò quodam construxit ordine, & omnia crea-
 uit in numero, pondere, & mensura, & luos vnicuique rei
 præscripsit vsus, vt genus quoque humanum, ad sui ip-
 sius imaginem compictum, & rationis particeps, benè
 ordinatæque instituere, quemadmodum ipsam rationem
 decet, certam vitæ præscripsit normam, ritus instituit,
 mores edocuit, mandata dedit, decreta protulit: & vt a
 se ordinata executioni demandaretur (frustra enim quod-
 libet decernitur, nisi sit qui ad illius obstringat obser-
 uantiam) nonnullos viros eligi iussit, qui & ceteris præ-
 essent, & in ceteros ius, dominiumque haberent, deque
 omnibus iudicarent, & vt æquum sibi videbatur, impo-
 nerent, & quæ iussissent, exequi, & seruari facerent, & iu-
 dicum, & magistrorum illis attribuit nomen, primus hic
 namque, ac summus fuit prælationis principatusque gra-
 dus: Id quod ex Deuteronomij libro colligitur, in quo
 legitur Deum Israelitico populo in hanc formam præce-
 pisse: Iudices, & Magistros constitues in omnibus por-
 tibus tuis, quos Dominus Deus tuus dederit per singulas
 tribus tuas, vt iudicent Populo iusto iudicio, nec in alte-
 ram partem declinent: his tamen ex eiusdem Domini or-
 dinatione fuerunt prælati, atque præpositi Sacerdotes,
 & in signum huiusce superioritatis ab illis ad hos prouo-
 cari iussum fuit, & horum determinationem cuiuscumque
 alteri præualere. Dicitur enim ibidem paulo infra, si
 difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris
 inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, le-
 pram, & non lepram, & iudicium intra portas tuas vide-
 ris verba variari, surge, & ascende ad locum, quem ele-
 gerit Dominus Deus tuus, veniesq; ad Sacerdotes Leuitici

generis , & ad Iudicem , qui fuerit illo tempore ;
quæresque ab eis , qui iudicabunt tibi Iudicij ve-
ritatem , & facies quodcumque dixerint , qui præ-
sunt loco , quem elegerit Dominus , & docuerint
te iuxta legem eius , sequerisque sententiam eorum :
nec declinabis ad dexteram , neque ad sinistram ,
qui autem superbierit , nolens obedire Sacerdotis im-
perio , qui ~~contempnit~~ ^{contempnit} Deo tuo ex de-
creto Iudicis , morietur homo ille , & auferes ma-
lum de Israel , cunctusque populus audiens time-
bit , vt nullus deinceps intumescat superbia . In ipso
vero legis exordio , cum primum sub lege viui ce-
ptum est , quo tempore & nomen Regis fuit pri-
mo adinuentum , ab officio ipso , quod incumbere-
bat illi , qui præesse alijs debebat , deriuatum , non
ne Sacerdotes ipsi fuerunt ante omnes , & præ om-
nibus , præclaro isto & nomine , & munere deco-
rari ? legitur enim ipsis per Dominum fuisse dictum ,
si audieritis vocem meam , & custodieritis pactum
meum , eritis mihi in peculium de cunctis Populis ;
mea est enim omnis terra , & vos eritis mihi in
regnum Sacerdotale , & gens Sancta . Quod & post-
modum plenè fuisse seruatum , & Sacerdotes nedum
nomine , & munere Regis decoratos , sed etiam
cæteris alterius generis Regibus longè prælatos re-
statatur Idem Dominus , dum non Regi , sed Sa-
cerdoti , non de regia stirpe , sed de Sacerdotali
prosapia descendenti , de Sacerdotibus videlicet , qui
erant in Anathoth dixit , ecce constitui te super
gentes , & regna , vt euellās , & dissipēs , & ædi-
fices , & plantes .

Post

Post enunciatum denique Euangelium, non semel eximio
illo Regis nomine, quod omnium est supremum, atque
eminentissimum, in sacris literis reperiuntur, cohonestati
Sacerdotes. Per beatum namque Petrum de ipsis dicitur,
vos autem genus electum, Regale Sacerdotium, Gens Sā-
cta, Populus acquisitionis, ut virtutes annuncietis eius,
qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumē suū. Apud
beatum quoque Ioanne de Sacerdotibus, & cum ipsis Sa-
cerdotibus conloquentem, & de ista regali dignitate per
Iesum Christum, Sacerdotibus acquisita gratias agentē,
legitur: Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in
sanguine suo, & fecit nos Deo regnum, & Sacerdotes pa-
tri suo. Apud eundem venerandus ille seniorum, hoc est
Presbyterorum, & sic Sacerdotum catus, de eadem Re-
gali dignitate laudem, & gloriam canens, & exultans dice-
bat: Redemisti nos Deus in sanguine tuo ex omni Tribu,
& Populo, & Natione, & fecisti nos Deo nostro regnum,
& Sacerdotes, & regnabimus in æternum. Quod autem
Dīuina hæc ordinatio fuerit in omni seculo, in omni æta-
te, in omni natione, plene seruata, satis superque patet ex
eo, quod non solum Sacerdotij dignitas fuit semper cuius-
cunque alteri prelata, sed etiam tanti est habita, ut ex ipsa
solum ceteræ dignitates decorem, & Maiestatem sumere
sint credite, & ideo sublimioribus semper dignitatibus, ut
augustiores redderentur, iungi consuevit. Exemplo nobis
sit Heli, qui cum esset Sacerdotali honore insignitus, lu-
dex quoque, qui tunc, ut dictum est, summus erat Reipu-
blicæ illius Principatus, Populi in Israel fuisse legitur Sa-
muel quoque iudiciariam habuit in Israel potestatem. Moyses
vero cum esset Sacerdos, dux pariter & imperator
fuit Israeliici Populi. Simon etiam Machabeus, & qui

post ipsum in Iudæa rerum potiebantur, usque ad Herodem Regem, duces erant Populi necnon Sacerdotes. Melchisedech item Rex fuisse commemoratur, & idem Sacerdos Altissimi. Apud Aegyptios quoque prisca fuit consuetudo, ut Sacerdotij cum Regiæ potestati iungeretur. Consueverant .n. ex omni Philosopherum numero Sacerdotes eligere, ex Sacerdotibus autem Regem, qui ut Philosophos, sapientia ita religione Sacerdotes, ac mox imperio administrando superiores omnes Reges transcenderent. Hinc Mercurium Aegyptij Trimegistum, idest ter maximum nuncuparunt, quod & Philosophus maximus, & Sacerdos maximus, denique & Rex Maximus fuerit. Et Anius quoque & Rex & Sacerdos in Deli Insula fuisse commemoratur. Quinimò adeò magnum erat, adeò præclarum nomen Sacerdotis, ut illud ad designandam supremam aliquam dignitatem assumi soleret. Sic in sacris literis filij David Sacerdotes dicebantur, cum tamen re vera non essent Sacerdotes, utpotè de Tribu Iudæ, de qua non assumebatur quispiam ad altaris ministerium, sed hoc nomine honoris ergo appellabantur. Erant enim primiores Regni, & post Regem proximi honorificentia, atque potestate. Silere cogor cultum in prima illa ætate per populum Israeliticum Sacerdotibus præstitum. Cum enim homines illi ore ipsius Domini essent edocti qua in veneratione essent habendi, non mirum est, si quæ maximè eos coluerint, atque obseruauerint. At cum D. Gregorio dicam, quod Pagani in Rep. Principes fuerunt, qui verum Deum nescientes, Deos ligneos, & lapideos colebāt, & tamen Sacerdotibus honorem maximum tribuebant, adeò ut ne ipsorum quidem personas reuererentur, sed etiam rerum ipsarum rationem quam maximam ducerēt.

Et singulare in hoc genere fuit illud Pharaonis , qui cum tempore famis cunctos populos sibi subieceret a terminis nouissimi Aegypti vsque ad extremos fines eius , nec non cunctorum Aegyptiorum terram sibi emeret , vendentibus singulis possessiones suas magnitudine famis , Sacerdotes tamen sibi non subiecit , sed liberos dimisit , nec eorum sibi terram coemit , imò statuta cibaria ex publicis horreis præberi præcepit . Et insuper cum ex eo tempore in vniuersa terra Aegypti Regibus quintam partem solui fuisset statutum , & factum quasi in legem ; Sacerdotalis tamen terra ab hac conditione libera fuit . Artaxerxes quoque Persarum Rex Sacerdotes , & alios templi ministros a vectigalibus , cæterisque impositionibus immunes esse voluit ; sic enim suis Exactoribus , Quæstoribusque in mandatis dedit , vobis autem notum facimus quòd de vniuersis Sacerdotibus , & Leuiticis , Cantoribus , Ianitoribus Nathineis , & Ministris Domus Dei huius , vt vectigal , & tributum , & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos . Næmias quoque Iudeorum Dux Optimus , Regis sui Artaxerxis vestigia sequens , cum deprehendisset Sacerdotes & Leuitas , & Cantores , & alios templi ministros debitis sibi portionibus primitiarum , oblationum , & decimarum fuisse defraudatos per rapacitatem Eliasib Sacerdotis magni , qui constructo sibi Gazophilatio , quæ aliorum erat sibi congerebat , & proinde illos relicto templo , cultuque diuino abiisse in suas regiones , restitit pro viribus tantæ iniquitati in sua absentia perpetratæ ; & acta coram Magistratibus causa , curauit Sacerdotibus , & Ministris templi suas designari partes , atque in horrea congeri , quæ de decimis , & oblationibus eis

debebantur. Alexāder item Magnus cum infesto Agmi-
ne, animoq; infenso Urbem Solymā peteret, & ante mo-
nia Urbis obuium sibi haberet Iaddum summum eo tē-
pore Iudeorum Sacerdotem Pontificalibus indutum, ve-
stibus, & ornatissimo Sacerdotum, ac, Leuitarum Cetu,
equo desiliit, & pronus in terra Sacerdotem veneratus est.

Ommitto inanes venerationes, superstitiososque cul-
tus Lupercalibus, Auguribus, Flaminibus, Dialibus,
Martialibus, Quirinalibus, Salijs, Regibus Sacrorum, Sa-
crificulis, Gallis, Pontificibus, tum maioribus, tum mi-
noribus, ceterisq; falsis Sacerdotibus per vniuersas gen-
tes tributos, qui tamen nihil aliud præstabant, nisi quod
dæmonum ludificamentis allucinati in errorem, inque
perditionem cæteros quoque trahebant, & iam ad Evan-
gelica deuenio tempora, quibus Sacerdotium supremum
profecto videtur adeptum esse culmen; habuit enim ca-
put supra quam dici potest dignissimum Christum. Re-
demptorem, qui cum Deus esset, & homo, fuit pariter Rex,
& Sacerdos secundum ordinem supra memorati Melchi-
sedech. Et nedum voluit a se institutos Sacerdotes Regis
nomine dignari, vt supra ex auctoritate tum Petri, tum
Ioannis Apostolorum retulimus, sed & insignibus & di-
gnitate ipsa ita decorari, vt Regibus temporalibus longè
præfint. Ideo namque, vt beatus tradit Hieronymus, cor-
raduntur in eorum capite capilli in orbiculari figura, vt
corona designetur, quam ex institutione Ecclesiæ gestare
debent in signum Regni, quod in Christo expectant, &
in signum Prælationis, qua inter cæteros vniuersi Orbis
populos fulgere ac præeminere debent. Hinc Summi Re-
ges, summiq; Imperatores priscis illis cuiusvis generis
Principibus, ne latum quidem vnguem cedentes quinim-
mo

mo tanto magis præstantes, quantum vera Religio falsa
superstitione, est præstantior Sacerdotum personas. sunt
aprimè venerati, eos in superiores agnoscētes, & ut supe-
rioribus humiliter se illis submittentes, velut in signe ad-
modum Constantini Magni immortalis memoriæ Im-
peratoris extat testimonium, qui cum in eadem degeret
ciuitate, vbi summus quoque Pontifex agebat, in hæc
cum suis Magnatibus incidit præclarissima verba, val-
de congruum prospeximus nostrum Imperium, & Re-
gni potestatem Orientalibus transferri, ac mutari regio-
nibus; & in Bizantina Prouincia in optimo loco nomini
nostro Ciuitatem ædificari, & nostrum illic constitui
Imperium, quoniam vbi Principatus Sacerdotum, &
Christianæ Religionis caput, ab Imperatore cælesti consti-
tutum est; iustum non est, ut illic Imperator terrenus ha-
beat potestatem, quod & plenè inde fuit effectum. Et in-
super cum idem Imperator apud Niceam Bithyniæ vr-
bem conuocasset totius Ecclesiæ Concilium ad Ariana m
heresim euellendam, ipse pro sua modestia Episcoporum
inibi congregatorum conueniunt vltimus cum paucis in-
trouit, inferioriq; subsellio, cum hoc sibi Patrum iussu
ne concedi petiisset, recessit, cumque per multi Episcopo-
rum super contentionibus, & querimonijs inter se exagi-
tatis; eius iudicium expectassent, ipsa libellos singulorum
expositiones continentes sibi q; porrectos sinu tenens
dixit, nequāquam a se, aut ad Iudicem aliquem secula-
rem spectare iudicium de ijs ferre hominibus, quos Deus
interitis constituit omnium Iudices, per diuina ad diuinum
examen iussit, referrent dissidia, neque a se ipso expecta-
rent illarum rerum sententias. Et ulterius exinde statuit,
ne nouum Sacerdotium, vel in minimo cederet veteri,

conformans se Dei decreto illi in nascentis mundi origine
tradito, quod supra retulimus; Quod ubique ad ministrā-
tium sententiæ forent imperfectæ, & ad Episcopos per
appellationem refugiendum esse fanciuit, si qui vellet ci-
uiles iudices refutare, firmam verò Episcoporum senten-
tiam & potiore, quam aliorum iudicium esse voluit, imò
tanquā ab Imperatore foret prolata ab omnibus obseruan-
dā, & ab ipsa ad alios quosvis Iudices nullam passus est fie-
ri prouocationem. Eandem submissionem professus est,
& Valentinianus Imperator, qui veniens ab oriente ad
Hesperias partes mortuo Auxentio Arrianæ perfidie Ma-
gistro, qui Mediolanensem Ecclesiam vt lupus dilania-
uerat cum vellet Catholicum Deo ordinante consecrari
Episcopum, euocans Episcopos hæc ad eos loquutus est.
Nostis apertè Eruditi quippè diuinis eloquijs qualem
oporteat esse Pontificem, & quod non deceat veste solum,
sed etiam conuersatione gubernare subiectos, & totius
semetipsum imitatore, virtutis ostendere, testemque
doctrinæ conuersationem bonam habere. Talem itaque
in Pontificali institute sede, cui & nos, qui gubernamus
Imperium, sincerè nostra capia summittamus, & eius
monita, dum tanquam homines deliquerimus, necessa-
ria velut curantis medicamenta suscipiamus. Quinimò
Imperator ne dum honorem, & reuerentiam Sacerdoti-
bus exhibere debet, quemadmodum & prædicti Imper-
atores & verbis, & factis sunt testati, & apertè monuit
Gregorius Papa ad Mauritium Imperatorem scribens, &
Innocentius ad Constantinum, sed etiam velut Minister
ijsdem adiutor, & defensor ex ipsius Imperialis ordinis
iure debet existere, quemadmodum præfatus Impera-
tor Valentinianus professus est, & factò ipso talem se
exhi-

exhibuit Mediolanensi Episcopo Ambrosio . Quem &
 summi alij Imperatores , & Reges sunt imitati , & prae-
 cipue Imperator Iouinianus impij Iuliani successor , qui
 cum imperium suscepisset reuocandorum ab exilio Epi-
 scoporum , quos & Constantinus Arrianus , & Apostata
 Iulianus relegauerant , primam , eademque summam
 curam habuit , quibus lata lege consuetudinem praeben-
 dorum frumentorum reddidit , quam instituerat Con-
 stantinus , & seruari prohibuerat Iulianus , praesertim
 Athanasium Episcopum Alexandrinum mille tempe-
 statum procellis , toridemque persecutionum turbini-
 bus exagitatum ab Arrianis , in amicitiam , & familiari-
 ratem recepit , atque in Aegyptum remisit ad suam Eccle-
 siam moderandam , quae diutius fuerat orbata , & vidua-
 ta Pastore . Carolus item Martellus a Gregorio III.
 Rom. Pont. rogatus , ut illi contra Luithprandum Re-
 gem Longobardorum auxilium ferret , per legatos egit ,
 ut is infesto Agmine Romanam premens urbem ab ob-
 sidione discesserit , & in gratiam cum Pontifice redierit .
 Cuius filius Pipinus paternae virtutis Aemulus rogatu
 Stephani I. Summi Pontificis exercitum in Italiam ad-
 uersus Astulphum pariter Longobardorum Regem Ec-
 clesiasticam ditionem vexantem , bis duxit , ipsumque ad
 restituendum quaecumque Ecclesiae abstulerat , compu-
 lit . Ab hac paterna virtute non degenerans Carolus Ma-
 gnus , Adriani Primi Sum. Pont. aduersam sortem mise-
 ratus a Desiderio Rege Longobardorum grauitur op-
 pressi , cum validissimo exercitu in Italiam profectus est ,
 & Desiderium bello superatum , atque captum cum vxore ,
 & filijs Leodium relegauit . Leonem iidem I. I. Sum.
 Pont. a seditionis quibuldam Vibe expulsum idem in
 Italiam

Italiâ in ora expeditione in suâ sedem restituit, sumptu de
tonio ^{rege} ad seditionum Auctores supplicio. Ludoui-
cus ite Junior Ludouici Grossi filius, ad quem velut ad sa-
cerdotalis dignitatis Patronum confugerant B. Thomas
Archiepiscopus Canthuariensis suâ Sede indignè detur-
batus, & Alexander III. Sum. Pont. eodem ferè tempore ab
improbis quibusdâ Vrbe Italiaq; pulsus, Ecclesiæ patroci-
nium libenter suscipiens, verumque eorum suę Sedi cum
auctoritate restituit. Non defuit in nostro hoc æuo exem-
plum prisco illi de Alexandro Magno erga Iadum He-
breorû Sacerdotem supra allato simile. Attila namq; Go-
thorû Rex cû ex Pannonia in Italiâ facta eruptione Ro-
mam cum instructissimò exercitu perferet eâ perditurus,
obuium habuit Leonē I. Sum. Pont. cum honesto Eccle-
siasticorum virorû cœtu, qui eum admonuit ne in Vrbē
desuieret, aut armorum rabie debaccaretur, alioquin iram
Dei in se cõcitasset, quemadmodû Alaricus vnus ex supe-
rioribus Gothorum Regibus, qui statim Dei iudicio post
captam urbem mortuus est, ipse in euertantur Pontificis
monitis obtemperauit nec ultra versus Romam profici-
sci est ausus. Quam plures etiam summi Imperatores,
& Pharaonem, & Artaxersem, Næmiâ nedum sunt
æmulati in habenda nedum personarum sed etiam ro-
rum ipsarum Clericorum ratione, sed etiam longè vi-
tra processerunt. Constantius namque, & Constantis
Imperatores declarant, quod in quâlibet ciuitate,
in quolibet oppido, Vico, Castello, municipio quicum-
que voto Christianæ Religionis meritum eximæ, sin-
gularisque virtutis omnibus intimaui secumitate per-
petua potiatur. Imperatores item Gratianus, Valen-
tianus, & Theodosius decreuerunt vniuersos, quos con-
stite-

stiterit custodes ecclesiarum esse, vel Sanctorum locorū,
 ac religionis obsequijs deferuire, nullius attentationis mo-
 lestiam debere sentire. Iustinianus pariter statuit, quod res
 ad venerabiles Ecclesias, vel ad aliud tale Consortium de-
 scendentes ex quacūque causa a locratiuorum inscrip-
 tionibus liberas esse, & immunes, lege scilicet; quæ super
 huiusmodi inscriptionibus posita est, in alijs quidein per-
 sonis suum robur obtinente, in parte autem Ecclesiasti-
 cæ, vel aliarum domuum, quæ huiusmodi pijs consortijs
 deputate sunt, suum vigorem pietatis induitū mitigante.
 Ludouicus etiam Imperator ordinauit, quod de Agro
 Ecclesiastico nullus quēquam Presbyterorum aliquom-
 censum persolvere cogeret, nec quisquam cuiuslibet or-
 dinis, aut dignitatis exinde quidquam subtraheret, aut re-
 distributionem quancūque exigeret temporalem. Quod
 idem statuit etiam Imperator, Friderigus, ygramibus in-
 super constitutis poenis in eos, qui sub quouis pretextu
 in contrarium attente. Et deinceps plurima
 alia huius generis decreta, tum rerum, tum personarum
 Clericorum venerationem, & reuerentiam respicientia
 videre est passim in legum voluminibus, quæ nimis pro-
 fectò longum esset in medium afferre.

Constat itaque sacerdotalem dignitatem in sublimi
 semper apud quaslibet Nationes fuisse habitam honore,
 & supra quam dici possit plurimi faciam, atque aestima-
 tam. Et proinde, ut ipsius decet institutionē, cuiuscumq;
 alteri humanæ longè semper præcelluisse, atque præcelle-
 re. Adeo ut cum D. Ambrosio rectè dici valeat, non pos-
 se eam vllis comparationibus adæquari, si enim vel Re-
 gum ipsorum fulgori compares, & Principum diadema-
 ti longè erit inferius, quam si Plumbi metallum ad Au-
 ri ful-

ri fulgorem compares. Regum enim colla, & Principum, Sacerdotum genibus submittuntur eorumque dexteris exosculantur. Id quod & Gelasius Papa Anastasio Imperatori insinuauit, dum eum de Sacerdotibus sic admonuit. Nosti inquit inter hæc ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam redigi posse voluntatem, & Innocentius I I I. Imperatore Constantino, commonens quod Reges, & Principes Archiepiscopis, & Episcopis, sicut debent, reuerenter assurgunt, & eis iuxta se venerabilem sedem assignant. Confirmavit & Diuus Gregorius, dum Sacerdotes Christi, Regum, & Principum omnium fidelium affirmavit iure debere censerī Patres, & Magistros, & tandem aptissime demonstravit B. Episcopus Martinus, qui ut Seuerus Sulpitius narrat, cum aliquando ad conuiuium Imperatoris Maximi cum vno ex Presbyteris suis rogatus accessisset, quo in conuiuium Conuiuiæ aderant, velut ad diem festum euocati summi, atque Illustres Viri, Præfectus, idemque Consul Eudius, Comites duo summa potestate præditi fratres Regis, & patrius, Medius inter hos Martini Presbyter accubuerat, ipse autem sellula iuxta Regem posita condecorat.

Ad medium ferè conuiuium, ut moris est, pateram Regi minister obtulit. Ille sancto admodum Episcopo dari potius iubet, expectans, atque ambiens, ut ab illius dextera poculum sumeret. Sed Martinus ubi ebibit, pateram Presbytero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniorem, qui post se prior biberet, nec integrum sibi fore, si aut Regem, aut eos, qui a Rege erant proximi, prætulisset.

Et Sanctus Ambrosius, cum Theodosius Imperator

in

in Presbyterio sedere vellent, iussit eum arceri, quasi in loco indignum illum dijudicans.

Et Sanctus Io. Chrysostomus de Diaconis Constantinopolitanae Ecclesiae in ipsa Vrbe Regia, in qua Imperator residebat, affirmare non dubitauit maiorem eos ipsis Imperatoribus habere potestatem, sic enim illos alloquitur. Si Dux quispiam, si Consul ipse, si is, qui diademate coronatur, indignè adeat, cohibe, & coerce, maiorem tu illo habes potestatem.

Quorum omnium optima ab Illustri quodam Auctore subnectitur ratio, nempe quia Sacerdotes coelestia, Reges verò terrena disponunt, Reges in corpora exercent Imperium, Sacerdotes in animas, etiam Regum ipsorum, qui proinde in ijs, quae Dei sunt, & ad animae spectant curam se Sacerdotibus subiiciunt, & caput inclinant, & genuflectunt, & benedictionem, Sacramentorumque communionem recipiunt. Quanto igitur diuina terrenis, sacra profanis, spiritus Carni dignitate praestat, tanto Sacerdotalis functio Regiae, siue Imperiali maiestati est anteferenda.

Sed vt iam aliquid amplius, & magnificentius dicatur, adeò sunt supra humanum statum elati Sacerdotes, vt Angelicae etiam sublimitati exaequantur, & Angelorum nomine saepius in sacris literis cohonestentur, sicuti & apud Malachiam, vbi dicit. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus est Domini Exercituum. Et apud Diuum Ioannem dum ad Asiae Episcopos Apocalypsim scribens, Angelos eos nominat.

Et saepe alibi. Sed quid mirum, cum nedum Angelicam sublimitatem exaequant, sed etiam, quis credat, satis

aut satis bene percipiat? & superant; & transcendunt;
Unicum sed validum admodum, & fidum assero D. Au-
gustini testimonium, dicentis, o Sacerdotes attendite, ma-
ior est dignitas vobis collata, quam Angelis, qui adorant
quod vos conficitis, nec ipsi, conficere possunt. O Altitu-
do sapientiae Dei, o ineffabilis clementia Saluatoris, quod
datum non est Angelis, concessum est homini. Sacerdos
hoc Sacramentum admirabile, conficit, Angelus sibi
quasi famulus assistit.

Quod itaque venerabilius, quid gloriosius, quid insi-
gnius excogitari potest Clericorum sorte, Clericorum ele-
ctione? vix quomodo omnium dignitates, una eorum di-
gnitas est, amplexa, & diuina Maiestati valde proxima
est, facta, atque adeo proxima, vix & ipsius Dei, vix ex multis
facere scriptura locis clarissimè liquet, sibi ad se ueris po-
men, & nihil in rebus apud homines, nihil in Coelis apud
Angelo dignius fuit, ex illius reperiri quae, adeo vane-
cessario cum Regio illo relictur, nunc vix concludendum
videatur. Nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis
confortatus est Principatus eorum.

DI. XI.

Et scipe alio. Sed quid mirum, cum medium An-

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

